

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 1: De peccatis Caput 4: De accidia (10)

Idem (Hugo):

Sunt autem aliqui qui corpore fortes,  
debiles autem animo, parcunt sibi,  
seipsos amantes, sectantur otium, vacant fabulis.  
Tales accusantur de furto et de rapina et de mendatio.  
Fures sunt quia communi necessitati subtrahunt  
quod sibi impendunt, et commune fatentur  
cum renuntiaverunt mundo, seipsos abnegantes facti.  
Raptores apud Deum  
quia eo vidente qui novit occulta cordium,  
communi vite quod sciunt,  
et possunt et iubentur reddere violenter auferunt.  
Mentiuntur autem coram Deo et hominibus

mendaces sunt.

Sunt autem alii qui corpore fortes,  
debiles autem animo, parcunt sibi,  
seipsos amantes, sectantur otium, vacant fabulis.  
Tales accusantur de furto, de rapina, de mendatio.  
Fures sunt quia communi necessitati subtrahunt  
quod commune fecerant  
cum renuntiarent mundo, seipsos abnegantes.  
Raptores sunt coram Deo,  
quia, eo vidente qui novit abscondita cordium,  
communi vitae quod sciunt  
aut possunt violenter auferunt.  
Mentiuntur autem coram Deo et hominibus,  
quia quod voverant reddere possunt, sed nolunt.  
Sic igitur coram fratribus suis fures,  
coram Deo raptores,  
coram hominibus et coram Deo mendaces sunt.

Hugo de Folieto, *De claustro animae libri quatuor*, 1.9  
(PL 176, col.1041B-C).